



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 34. Quinqueecclesiensis Episcopi rationes, ob non ablegatos a Germanis ad Synodum Procuratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

residerent, gregemque suum pascere: at e contrario ab Episcopis Germaniæ, & in primis a S. R. J. Electoribus suas Episcopatum Infulas quasi contemni inquebat: his prolatis conversus ad Drascovizium Quinqueecclesiensem Episcopum, hæc subjunxit: *Te alloquor, Reverendissime Domine, tanquam Oratorem Cæsaris, quænam est ratio, cur Episcopi Germaniæ, ac præcipue Septemviri ad Synodum non conveniant, negligentes, deponentesque e memoria jusjurandum ab ipsis hac de re in ipsorum electione editum: si frenis, si stapedibus aureis utuntur, si cum tanta pompa, tantoque comitatu obequitant, si Principes & Ecclesiastici, & laici sunt, cuncta hæc obtinent, quæ sunt Episcopi, & tamen nolunt interesse Concilio: si præpedirentur, oporteret procuratores ab ipsis mitti, sicut effectum est ab Archiepiscopo Salisburgensi, & ab Episcopo Eistatensi, ac Basileensi, quo pacto aliqua ex parte suo muneri satisfacerent.*

§. XXXIV.

Quinqueecclesiensis Episcopi rationes, ob non ablegatos a Germanis ad Synodum Procuratores.

Inde Lancianensis Archipræsul a ne-Pallav. l. o. mine interpellatus ad reliqua argumenti capita progrediebatur: absoluta
Q 5 *autem*

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

autem ejus oratione Quinqueecclesien-
sis Episcopus verba faciens ita effatus
est: „Tametsi Ferdinandi tanquam Cæ-
„saris Orator non sim, ejusdem tamen
„tanquam Hungariæ Regis vices obeo:
„quapropter dum Lancianensis Archi-
„episcopus me aggressus est, a responso
„abstinere haud valeo: itaque assero,
„causam, cur Episcopi Germaniæ Sy-
„nodum non accedant, esse cuius no-
„tam, cum subit periculum, ne ipsis
„abeuntibus hæretici ditiones, ac Diæ-
„ceses eorundem occupent: causa vero,
„qua detinentur, ne suos Procurato-
„res ablegent, est hæc, quod hi ibidem,
„quasi statuæ, aut pictæ tabulæ po-
„stremum locum occupent, eisque mox
„ora obstruantur: cum autem sub Pau-
„li III. Pontificatu Præsulum Germa-
„nicorum Procuratoribus præstitum
„fuerit jus Suffragii, & etiam sub re-
„gnante hoc Pontifice semel eo
„jure usus fuisset Procurator Salisbur-
„gensis Episcopi, plane ignoro, quo pacto,
& qua de causa hoc ipsis postea inter-
dictum fuerit. Idem Episcopus id qui-
dem pluribus prosequabatur, semper
tamen intra debitæ modestiæ limites
se continuit.

§. XXXV.

*Simonettæ Cardinalis responsum huic
Episcopo datum.*

Ad